Barb: loc. d. n. 165. 175.

Quaerat. iure naturali, et gentium omnes, quo iure
parentibus et patriae parere debemus l. ut vim
ff. de iust. et iur. Quod si parere debemus pa-
triae, poterit et illa iubere argto. à correlativis

L. ult. C. de sindec. uid. Ancar. cons. 303. no. 4.

2 Et ideo cernimus quod etiam Papa prejudicat laicis isto modo, ut cum dispensat super voto, cui coniuncta esse erat obligatio ad commodum alterius, nam dissolvit obligationem a voto dependentem, sed ex accidenti, et in consequentiam cap. de no. ubi gloss. et DD. Dec. ad c. quæ in ecc. de constit. no. 26. Crau. lo. sup. cit. no. 16.

3 Et confirmatur quia ubi statutum loquitur in rem prohibens rem ita alienari, ut in personam, ut tam personis alienationem per causam statutum afficit rem, et ideo impedit quoscumque rem illam acquirere, quia ita voluit, qui illam in potestate habebat, et potuit illam ita afficere. Abb. ad c. quod Clerici de fo. comp. no. 26. 30 Barb. loc. cit. no. 173. 174. Dec. ad cu. s. maior. no. 76.

Aut loquitur in persona, et hoc altero casu cum liniibet personae subiectae potestati non potuerint eccl. acquirere, quia statutum impedit eius obligationem, etiam naturalem, quae lege prohibente non oritur cum quisque teneatur legibus obedire c. 1. de maior. et obed. non dubium C. de legibus Abb. ad c. quod clerici d. no. 30 Cald. cons. d. cit. Barb. loc. cit. no. 131. 140: 175 et praesertim feder. cons. 77.

t. Addit Barb. l. cit. no. 130. quod si potest hoc constitui in praeiudicium heredum Laicorum mul to magis poterit in praeiudicium eccl. quia magis non subditi sunt eccl. quam Laici n. 131 l. cit.

v. non agitur de praeiudicio in bonis acquisitis eccl. sed in acquirendis, sed receptissima videtur illa sententia, quod in quaerendis possint Laici

aeq. i

ecc. ij praeiudicaret Bal. ad c. quae in eccl. de constit. n.o 10 et cons. ij. cit. inter cons. Ancar. Jas. ad § duci cit. n.o 84 et d. cons. 236. l. 2 Barb. ad rub. d. de reb. eccl. alien. n.is 110 121: et 143. dec. ad c. ecc.a S. M. n.o 74 Cur. Jun. consil. 147 infra Prob. ad c. ult. de rescript. in 6. n.o 13. mandosi ad alleg. Lapi 92 sub litt. 4. et esse magis communem opinionem quod fieri hoc possit, saltem indirectum, quando principaliter non agitur ut noceatur ecc.e Brau. d. p. 4. de annu. tempus. § circa n.o 10.

Et rationes adducuntur quia potest Reip.a leicus legem imponere Bal. ad rub. de constit. n.o 10 cit. et quia haec prohibitio fieri potest per pactum, et per testam.tum ut mox dicemus

6. Potest fieri similis prohibitio per pactum et per ultimam voluntatem. Nam potest Laicus dare formam in traditione rei suae c. cum dilecti de don. c. verum de cond. appo. Ergo potest fieri per legem, et multo magis Bal. ad c. quae in eccl.ª de constit. d. n.º 16. Jas. cons. 236. lib. 2. lit. vers. similiter. Bart. loc. lit. n.º 122. 129 134 141. Ancar. cons. 303. n.º 4 in simil. statuto Cald. cons. 7. de const. Bart. cons. 37 n.º 2. Socin. cons. 12 n.º 5. lib. 4.

7. Rursus in contrahendo Ecclesiastici utuntur iure communi, non autem speciali; unde licet possint cum omnibus libere contrahere, non tamen poterunt cum eo, cui est interdictum bonis, aut cum minore absque solemnitate. Feder. cons. 265. n.º 4. Franc. Albers. apud Card. cons.

44 no 3. Barb. n.º 146. et 147. arg. 8. ad rub. d.
et tradunt DD. ad c. ecc.ª S. M. de const. ubi fel.
no. 65. et seq. et ad c. postulasti de fo. comp. ubi
abb. fuse.

Et ratio est quia tu Laici, quam ecc.i tenentur ser-
vare leges imperiales, quod apertè decernitur
c. 1. et 2. de oper. no: nunc. et Justinian. no-
vellas servare Rom. ecc.ª scribit Ivo ep. 283.
Et legimus etiam S. Greg.m non semel imperialibus
legibus negotia definisse eccl.ae ut ep. 7 lib.
7. ind. 2. et epis. 5 libri et alib. et Johannes
8. epis. 163.

Imo sunt qui scribant ex antiquis etiam DD. quod eccl.i
ratione temporalium possessionum Imperatoribus
subiectae sunt subiecti: Gratian. post c. si quis
causae 8 hic ita 11. q. 1. Innocen. ad. c. postu-

lasse de for. comp. ubi gl. hic forte Ancarand c. 1: de constit. n.° 5.

8. Denique Bona temporalia possideri dicuntur ab ecc.iis privilegio, et liberalitate Laicorum. c. quo iure 8. dist. c. fuerunt 6. seq. 12. q. 2. sed privilegium quando incipit esse damnosum cessat c. suggestum de deci. et ideo iure eo privantur ecc.e hoc casu Petr. Greg. lib. 13. de resp. c. 6.

Quod itaque contra sacros Can.s non sit hoc Statutum, neque contra libertatem ecc.am datis ex dictis apparet, quoniam si non solum iustum sed etiam validum est non adversatur sacrorum Canonum decretis aut libertati ecc.e c. grave c. noverit de sent. excom. c. ult. de im. ecc. in 6.

Denique quia c. ult. d. quod principue

solet allegari contra hec statuta multis modis
vitari 1° quoniam fundatur super presumptio-
ne fraudis ex intentione statuentium, qui hoc fa-
ciunt ut derogent eccl. libertati, ut constat
ex eius verbis, cum dicat (cum presumatur
in derogatione eccl. libertatis) Itaque ergo dictis
(cum) accipiatur pro (quia) Itaque pro (quando)
cessavite hac ratione, et causa presumptionis
cessat lex l. adigere ff de iur. pa. ita Gald.
consil. 21. i de consti. no. 3. Bal. consil.
d. no. 4 inter consil. Artar. Bald. lo. cit.
n.° 131. et 174. 175. 177.

In casu vero nostro nemo dubitet cessare presumptio-
em dictis supra in 4.° arg.

Item quia l. d. loquitur quando statutum est in
omnimodum detrimentum eccl. et apparet

ex exemplis in eo narratis: puta quando omnia Eccl.is vendi prohibetur. Barb. loco cit. no. 1015. Dec. ad c. Ecc. S. M. de constit. no. 95. Tertio quia procedit quod statutum principaliter praeiudicat Eccl.is non indirecte, et consequenter ipso est ob publicam utilitatem Dec. d. loc. Minime obstant c. 1. eo tit. et c. Ecc. S. M. de constit. et c. ult. de reb. Ecc. alien. etc. Omne quidem id dicis quia loquuntur de rebus acquisitis Eccl.is in quibus prohibitum est Laicis aliquid disponere non autem de acquirendis. Barb. loc. cit. 142. 160 et 177. Confirmantur haec omnia argum.to exemplis aliorum statutorum, quae de bonis acquirendis Eccl.is agunt et tamen licita censentur, et non contraria Eccl. libertati, ut illud Barb. ad Regensipto

§ ult. ff de muner. ut omnia praedia laicorum sint tributaria, et sic hypothecata pro collecti, ita cum providere possit praetaxare Bart. ut non minuerentur tributa, si transeunt praedia ad Ecc. quia transitum cum onere, et hoc sine fraude fit ad bonum publicum Aretin. consil. 303. Bald. cons. 7. de constit. & 2. de consil. Bal. cons. 220 lib 2. Soc. consil. 112. lib 4. Curt. jun. cons. 64 n.o 4 qui de communi opinione testatur. bec. ad c. Eccl.ia S. M. memor. 6 ... Crauet. de antiq. temp. p. 4. § circa no. 9.

Item ne ecclesia praescribat Bald. ad rub. de constit. no. 10 [illegible] ad § dixi d.o n.o 83

Item statutum ne mulier habens filios possit testari nisi de certa parte bonorum: nam praejudicat Eccl.ae si illarum favorem testetur

Card. cons. 144 felin ad c. Eccl.ae sin. d. n.o 90. et sequuta est hanc opinionem Rota coram Ill.mo Pamph.o 20 Jun. 1601 in ca. Lucan. hereditatis.

Sed illud statutum ne recipiantur cessiones actionum contra populares; nam comprehendit etiam Ecc.as cedentes. Fel. cons. 77. Alex. cons. 93. lib. 2. Nat. cons. 2050 n.o 4.

Et statutum cum testam.ta omnia registrentur, vel insinuentur, nam etiam testam.ta favore Ecc.ae condita registrari debent Bart. ad l. 1. C. de sum. Trin. n.o Card. d. cons. 144 n.o 4. Alex. cons. 209 lib. 2. Dec. ad c. Ecc. S. M. n.o 73. Nat. cons. 2050 n.o 4. et alia similia de quibus DD. ad c. Ecc. S. M. d. et alijs locis, quae videntur contra libertatem Ecc.ae et tamen non sunt sed valent DD. cit.

Nonob

Non tamen omnibus statutis privans succesione ingre-
dientes religionem, quod defendit Bart. consil.
37. lib. 1. sed de eo agimus in resp. ad auctto-
ritates DD. infra.

Denique adducitur observantia Italiae, in qua semper
interpretata fuerunt statuta generalia ne
alienentur bona in non subditos comprehen
dere et Eccl.as, et ita senatum fuisse dicitur
referente Papa Barb. ad rub. d. 132: 160 176.
Et quia ut diximus multi Principes et Civitates
statuerunt, ne saltem sine licentia alienari
possit in Eccl.as et pia loca res immobiles Im
peratores, Reges Galliae ut supra vidimus, item
Reges Hispaniarum Belluga in spec. princ.
Rub. 14. versiculo remanemus n.o 5. et seq. Denique
Resp.a Veneta Stat. Ven. lib. decret. post

Statuta dei A. 1536.

Ex DD. vero qui sentiunt in specie hoc statutum
et similia comprehendere defendunt loc. cit. Butrig.
videlicet ad l. assiduis C. qui potio. ad auth.
cassa C. de sacr. sanct. ecc. Bal. ad c. quae in ecc.
no. 8. de const. ad c. clerici de iudic. no. 3 et
aliti Signo. cons. 21. Jas. ad § divi fugitivo
no. 180, 84 et cons. 236. lib. 2. Bellu. in
specie princ. rub. de § d. Magnev in pract.
de hoc § sup. cit. Ingliel de Bened. ad c.
Raynutius § uxorem dec. 2 et 5. Fessus decclec.
p. 4. no. 213. Rena Chopp. de sac. polit. lib.
3. tit. 1. Petr. Greg. de resp. lib. 13 c. 6.

Iis potest numerari Barb. ad rub. de reb. ecc.
alien. saepe cit. licet de statuto generali
loquatur alienationem prohibente tum non prohibitum
alie.

quæ Eccl.cis comprehenderet. Concedit se tamen
non esse contra libertatem Eccl.æ et Franc. de antiq.
temp. ibi loco sup. cit. cu alij, qui in quæren
dis posse præiudicari Eccl.is a laicis scribunt
de quib. in 5. arg.to pro validitate adducto.
Quæ cum ita sint, plane liceat usurpare quod ele
ganter, et ad rem apposite ait Tertull. in lib.
de spectac: adversus eos, qui defendebant li-
cere sibi spectaculis Gentilium interesse. Quod
sapiens argumentatrix sibi videtur ignorantia
humana præsertim cum aliquid eiusmodi de
gaudijs, et de fructib. sæculi metuit amittere
plures rationes quæ pro hoc statuto afferri
solent, non censui adducendas, quamq. asserat
scriptor oium loquacissimus Barb. sed omnes
ad suprascriptas reducuntur. Legat ut de

ueritate, et ipsius defensione agamus.

Sed quoniam tota hec quęstio ex eo pendet, an hęc Statuta sint contra libertatem Ecc.ae quia si esse probabis, etiam illicita et iniusta esse apparebit. Primum quid uerè hęc libertas sit breuiter statuamus. Innoc. ad c. nouerit de sent. excom. Libertatem Ecc.ae consistere in Iure, et facultate libere faciendi priuilegijs Ecc.ae, et personis Ecc.is concessis à Deo, uel à Papa, uel à Principibus siue ad spiritualia, siue ad corporalia spectent eorum sequentes Io. Andr. ibidem Host. Abb. et Bart. ad l. ul. C. de Sac. San. Ecc. Alex cons. 17 n.o 15 lib. 4 et recepta sententia est Abb. cons. 103 lib. 1 Capan. in consuet. Burg. rubr. 9 n.o 43.

Sed

Sed hec def.º nubys reprehenditur tanquam minus
perfecta; quoniam que bnis communi Ecc.ae competunt isto modo libertate Ecc.ae non contineri
quod falsum, et absurdum iudicatur c. ult. de
Immun. Ecc. in 6. Lap. alleg. 92. nu. 2 et
Bart. ad auth. cassa C. de sacr. san. Ecc.
Paul. ibidem Dec. ad c. Ecc. S. M. de constit. nu. 6.
et seq. Capan. loc. cit. qui alios citant.

Et Jo. Batt. excogitavit in Ecc.ae libertate comprehendi ne Clerici fiant timidiores, motus
ex l. 1. § que onerande ff. quar. rer. act. non
det. ubi onerande libertatis causa facta definit
Vulpian. que ita imponuntur libertis, ut si
patronum libertus offenderit, petantur ab eo
semperque sit metu exactionis ei subiectus
propter quem metum quod vel subsistineat

à patrono. Quapropter cum quid fraudis quo clerici afficiuntur, timidiores contra ecclesiasticam libertatem putat. Sequuntur alij cum pluribus Dec. adduc. Dec. d. M. d. nº. 7. Cassa. loc. cit. et alij.

Veri hęc dicunt sed potius quę circa libertatis eccl. partes, et signa indicant quam quid illa sit describunt.

Itaque omnium optime libertatem eccl.am definire videtur Barb. ad rub. d. nº. 173. ex communis libertatis defin. inquiens = facultatem esse faciendi, quod clericis libet, dummodo Jure Divino, aut Canonico non prohibeatur.

Sed quia hęc def.º nimis generalis videtur, adhuc investigari melius posse eius naturam, et substantiam puto. nam libertatis nomen non significat solum naturalem facultatem

faciend. quod cuiq. liber, demo et vi, aut Jure
non prohibeatur ut l. libertas ff. de stat. hom.
neq. solum opponitur servituti sed significat
etiam conditionem, seu Jus personae alterius
imperio non subiectae, et subiectioni oppo-
nitur, qualis est populi, seu Civitatis liberae
vel alterius Universitatis c. oxore de privil. l.
non dubito ff. de capt. et postlim. et sicut
prima libertas dominium dispositivum excludit
ita haec 2a. dispositivum, et civile.

Quae ni fallor bellissime accomodantur Eccl. li-
bertati; nam libertas Eccl.a proprie videtur
demonstrare conditionem ordinis Eccl.ci iure
divino ab omni Laicorum potestate solutam. Unde
et Immunitas Eccl. libertatis vocatur c. ult.
de reb. Eccl. alien. et Clerici regis c. Duo

fuit 12. q. 1. Clerici vero appellat. Omnes
Eccl. personae veniunt ubi subiectae mat. b.
Ratio non repugnat Abb. ad c. 1. de rescriptis
n.° 1.

Ex hac vero descriptione libertatis Eccl. con-
stat p.° quod est praecipuum fundam.tum omnium
quae in hac quaest.e, et similibus recte dicunt.
Clericorum ordinem esse omnino liberum, et solutum
potestate laicorum et sui Juris. Quod satis osten-
ditur 11. q. 1 fere toto, et 12. q. 1. c. duo c.
quamquam decretis. in 6. Catholici docti et docent
fuse DD. ad c. Eccl. S. M. de const. et ad c.
quae in Eccl. eo tit. et ad cap. 2. de mai.
et obed.

2.° Hanc libertatem iure div.° inductam esse
quae recepti p.a est Juris DD. sent. gloss.

jnc. Si imperator 96. dist. ubi dd. et ad c. 2
de mai. et obed. ubi feli: quod etiam affir-
mat scilicet hanc sententiam communem esse Couar.
quamquam adversarius cap. 31. pract. q. n. 1.
Et licet nonnulli ut Alciat. ad c. cum non ab
homine de iud. n.º 2 in 2. lect., et qui ibi dam-
natae memoriae contrarium docuerint, quos te-
quitur est Couar. lo. cit. (ut ex Teologis nemi-
nem hic attingam) tamen communem sententiam satis pro-
bari existimo, quantum ad iurisconsultum spectat
et ad id, quod nunc agitur, si sacris canonibus
hoc probari ostendam: Sacrorum vero Canonum
decreta si aliquibus non satisfecerint de istis
Beatissimus Papa epist. 8. ad Michaelem Imp.
Nicol. i in simili negotio scribens ita decer-
-nit. Porro si nos non audieritis, restat ut

= solis apud nos relicus: quales D. noster Jesus Christus
hos haberi praecepit, qui Ecc.am audire contem
pserint. P.o pro hac sententia videtur esse assertio
Synodi Romanae sub Symmacho. Sive ipsius Sym-
machi in Synodo Rom. assertio. Cap. 3. bene
quidem 96. dist. ubi cum ageretur de const.
Basilij Praef. Praet. et Vicarij Odoacri Regis
de reb. Ecc. non alienan. visum est sanctae Syno-
do eam nullam esse, et invalidam ea ratione
quia Laicis quamvis religiosis, vel potentibus
nulla de reb. Ecclesiae aliquid disponendi legitur
unquam attributa facultas, et ideo ne in exem
plum remaneret praesumendi Laicis quolibet
modo aliquid decernere de reb. Ecc.ae irrita
declaratur, et asseritur etiam idem in ipsa definitione
Symmachi, rerum Ecc.ae dispensandi curam solis

Sacerdotij à deo indisjunctè commissum. Et tamen
semper postea factum est hoc decretum ab Ecc.a Rom.a
ut illud retulerit in corpus, seu Codex Canonum
quibus utebatur ante collectiones decretorum, et decre
talium, quibus nunc utimur de quo Codice c. i.
et seq. 19 dist. c. i. 20. dist. ut apparet ex c.
de libellis 20 dist. ex ipso mlt Cod. Canonum
Maguntiæ olim edito, ubi Symmachus hoc de
cretum legitur.
Notandum vero in hoc decreto est quod de rebus agit
et de rebus stabilibus, nempe de prædijs Ecclesiæ non
autem de decimis, quas solas iuris divini esse
quidam volunt Rueff. cons. Molina p. 4 in
quod olim consilium consiliarijs Regis Franciæ
ait Petr. Jacob loc. lit no. 13 et tamen
apertè asseverat nullam de his disponendi

laicis unquam attributam facultatem multo q.s minimus de personis, in quibus omnium consensu maior ratio esse aut libertate muniatur. quod res.
= Deinde sententiam illam in hac Synodo Symmachi
= relatam videlicet (laicis nulla de rebus ecc.is
= aliquid disponendi legitur attributa facultas
non differentem nisi velitis ab illa, res. eccl. de
= iure div.o a potestate laicorum liberas esse
= tum quia hoc declaratur a Symmacho in fine
decreti dum inquit = rerum ecc.arum solis sacer-
= dotibus cura a Deo commissa docetur tum quia
si nulla unquam laicis fuit attributa potestas, ut habet d.a sententia neque a Deo neque ab hominibus attributa ex vi contextus l. Julianus
ff. de leg. 3. l. cum unum ff. de fideic. et
Vnalis negativae quae magis dicitur negare
quam

quod affirmatio affirmet glos. ad c. cum dilectus
de consuet. et ad l. hoc genus ff de cond. et
demonst.

2°. Contraria opinio probatur ex vulgato c. Si Imperator
et c. seq. 96. et dist. ubi Joes 8. inquit
= non a legibus publicis non a potestatibus seculi sed a
= Pontificibus et sacerdotibus omnipotens Deus Xpianae
= Religionis clericos, et sacerdotes voluit ordinari, et
= discuti, et de iurisd. agit ut omnes fatentur glos.
ibid. et DD.

3. Idem constat ex decretis Paschalis 2. de quibus
in scholijs ad c. laicis ibi q. 7 inquibus refertur
sententia c. bene quidem Aug. cit. quod Laicis nulla
unquam est attributa facultas de rebus Ecclesiae disponendi.

4. ex c. ecclesia S. M. de const. et c. ult. de rebus Eccl. alien.
Innoc. 3. inquibus similiter eadem sententia refertur Idem.

asserit, quod in d. Conc. Symm.

Neq. audiendus est Covar. l. cit. dum in divinis interpretandis scribit in Can.^to quod clavis divinum vocat interdum, nam verba non patiuntur hanc interpretationem quia c. si Imperator distinguit voluit, quod et in collis c. ... et c. quamquam in divinis ab humanis distinguit, et asserit c. bene quidem d. et ideo recte pro com. opinione interpretantur gloss. et DD. supra cit.

Minus substineri potest, quod ait idem Covar. et Theologi quidam de exemptione in causis spiritualibus tantum c. si Imperator accipiendum nam de spiritualibus magis generaliter loquitur, quemadmodum, et ca. seq. ... et ideo generaliter accipien est ... c. Salvator 19. 3. et ... c. bene quidem et alij cit. ut cavillari

non possit

Et multo minus id respondere potest ad Constant. celebre illud pronunciatum in Concil. Nice. Verba enim Constant. adeo aperta sunt, adeo plena, et dilucida est eius rei historia ut manifesto falsae appareant hae responsiones. nam ad Sacerdotes loquebatur Const. accusantes plures alios Sacerdotes, et accusationes refferens inquit = inter caetera = Vos a Deo dati estis Dii; conveniens non est ut homo = iudicet Deos, et mihi fas non est, cum homo sim = huiusmodi causas cognitionem arrogare cum, et = qui accusant, et qui accusantur Sacerdotes sint utrique apud Zozomen. libr. 1. hyst. c. 16. apud Ruffi lib. 1. c. 2.

Idem postea apertius est asserendo in Conc. Lateran. sub. Leo X°. sess. 9. nempe tam iure divino, quam

humano nullam potestatem laicis in eccl. personas esse attributam.

Postremo in Concil. Trid. sess. 25. c. 20 de reformat. Immunitatem personarum eccl. Dei ordinatione et can. is constitutionibus constitutam pariter esse asseruntur

Possent aliae auctoritates, et rationes multae adduci ex quibus idem probari videtur sed non est hic locus tantum unam rationem non praetermittam, quae mihi magni momenti est, et inducitur à B. Nicol. i. loc. sup. cit. atque indicatur à Constant.[o] lo. pariter cit.

Nefas est opinari aliquid inordinatum, eo praesertim in ecclesia Dei, quae omnia à Deo sunt ordinata sunt Apost. ad Rom. 13 de hac mat.a tractans. c. denique 21 dist. c. à subdiacono 93 dist. ubi glos. et DD. Sed maxime ordini

= contrarium est, et Iustitiae ut minor potestate habeat
ipsam maiorem c. est ordo 33. q. 5. glossa ad c. subdi-
aconus cit. et fusius probat B. Nicol. in opusc. 8. cit.
et in specie Turrecr. ad c. si Imperator 96. dist.
cit. Bellug. in spec. princ. loc. citato.

Est autem certi huius ordinis Ecclesiae, et quemlibet illi
adscriptum dignitate longe praestare cuicumque
laicae potestati c. duo sunt 96. dist. c. sacer-
dotibus 11. q. 1. Aretin. ad c. cum non ab homine
n. 1. de Iudic. et optime ad rem gravissimus Pater
S. Dionys. Areopag. ep. ad Demoph. qui ille
= Sanctus gravissime scribit hanc colligit conclu-
= sionem = Sacerdotes reprehendi a minoribus, vel in-
= ferioribus iudicari, ne fiat in Ecclesia Dei aliquid
= inordinatum, et statum eius in aliquo confundatur
= Et deinde nova concludens sole clarius ex hi-

dicimus ex div.a Scriptura, et probabilius Patrum doc-
trina non posse quemquam qui minoris auctoritatis
est eum, qui maioris potestatis est, in iudi-
cium adducere, aut proprijs definitionibus subij-
cere.

Et confirmatur haec ratio: quamvis enim adversarij
concedunt conveniens fuisse personas et res eccl.as
eximere a potestate saeculari. Suar. l. cit. alij
aequum fuisse, alij etiam necess.um ut probant, sed
si conveniens sequitur etiam ab institutione eccl.ae
a Deo factum, alioquin imperfecta fuisset eccl.a
quod est alienissimum ab operibus Dei, cuius perfec-
ta sunt opera Deuter. 32 praesertim cum hic
agatur de perfectione ordinis. Cornel. ad c. cantic.
n.o 25. de perfect. disp. 12.

Non obstat, quod ex varijs Imperatorum constitutionibus

de rebus Eccl. deducunt olim clericos subiectos fuisse laicorum potestati. Nam uel dicta Constitut. in executionem, et adiutorium sac. Canonum fuere edita, ut ipse declarat Justinianus. in suis Const. Auth. ut determ. sit num. cler. § 1. Auth. de mona. § cogitandum. Auth. quem oport. Episc. § 1. 2. Auth. ut cler. apud prop. Episc. § ult. Auth. quod oport. mona. § 1. Auth. de ord. Episc. § 1. uel nulliter, et male editae ut aliae complures contra legem Dei de nuptijs de usuris. sed responsio prior placet Grat. in § 1. q. 7. d.., et Sorbo..diac in c. quo iure dist. 8. n.° 101.

Sed non est animus hoc loco argumenta omnia afferre pro hac opinione, neque omnia refutare, quae contra eam induci solent, alio loco dicta dante haec propriam

agemus et cunctam sententiam pluribus defendemus
velle vero illa confutare in[illegible] intercesserunt Reverendi
Patres in lib. conc. [illegible] proiectum à pag.
544. et deinceps.
Tantum respondebo ad illud quod dicis non esse
iure can.co decisum libertatem Ecc.ae esse de iure
div.o, quia Canones citati nihil definiunt sed
potius hoc obiter observarunt. Ego etsi fuisse
hoc expresse definitum à sacris Canonibus non
ausim affirmare, negari tamen non potest
quin aperte asseratur à pluribus Sum. Pont. ac
et Oecumenicis Synodis et quidem non obiter
vel incidenter sed cum de hoc negotio
agerent, et ex professo ut in d.o c. bene
quidem c. si Imperator et c. sed puer nro
[illegible] cum de eo negotio agerent

pro sententia, et definite habendam constat. C. Si
Papa de privilegijs n.o 6. Quod etiam virtute nec
gant Theologi Canus de loc. Teol. lib. 5. c. 5. q. 4
Deinde obiter non dicuntur quae pro ratione affe
runtur eius quod decidunt ut fit d. c. si Impera
tor, et cc. cit. sed rationem legis et juris habendam
pro lege, et iure volumus dd. gloss. ad c. ut lit.
gantes de off. ordin. in 6. in verb. statuimus
Butr. ad c. 1. de re iud. Abb. n.o 14 i Fed.
Quamquam in hoc casu his non indigemus nam ex
concessis etiam ab Adversarijs quod volumus efficitur
nam satis esset libertatem Ecclesiae melius esse
conformem juri divino quod concedit Joan. Vict.
relect. 1. q. 7. n.o 6. de potest. Eccl. et probat
Aut saltem licuisse summum Pontif. hanc liber
tatem Ecclesiae sancire ita ut non possit illi

derogari à principe seculari, quod affirmat Covar. loc. cit. à nº. 3. con. 3. et 4. Victor. loc. ibid. cit. nº. 5. 7.

Et merito nam neq. Privilegium à Principe seculari Ecclesiae concessum potest revocari, quia concessum est non subdito, in quem nullam habeat iurisdictionem et potestatem Inn. ad c. novit de iudic. c. Archid. ad c. quicumq. 11 q. 1 et est receptum Gabriel. cons. 7. de iur. quaes. non tollen. n.: 12

3 ex definitione libertatis Ecclesiae et ex iis quae hactenus dicta sunt, apparet non solum personas sedectiam (?) seculiares (?), ut bonorum ordinis Ecclesiae esse liberas à potestate seculari, - ab omni enim potestate seculari solutam Ecclesiasticorum ordinis conditionem diximus et ipse asserunt et declarant c. bene quidem 96. dist. c. Eccl. S. M. de constit. c. ultim.

de reb. ecc. alien. et quamquam decens sit, ut tam de personis quam de rebus loquitur simul laterarent.

Et evidentis, ni fallor, est ratio, quia personae liberae sunt, libertas autem personarum inutilis esset si res liberae non essent; quia posset turbari disciplina eccl.ae et multis Ecclesiis sollicitatione rerum concessa sine quibus vita non agitur unde metus amissionis patrim.ii et amissionis vitae comparantur c. presbiteros 50 dist. c. Abbas de iis quae vi metusve causa. l. generali. C. cod. tit.

Qua propter et contrari libertas dicitur si bona libere obligarentur, quorum metus amissionis derogat libertati l. ult. ff. quae res pign. vel hyp. non dantur. Denique non levis est illa ratio, quia ex natura rerum divino cultui dicatarum oritur, de qua

ci. et seq. 12. q. 2. et fuse Rus. in molina
pag. 409. et seq. in dicat. Concil. Trid. loc. cit.

Merito igitur hanc libertatem rebusque attributam
declarant DD. cc. benequesitis et c. ultim. 96. dist.
c. ecc. s. M. d. de consec. c. ultim. de reb. ecc.
alien. c. ultim. de vit. et hon. cler. c. quanquam de
cens. lib. 6. Concil. Lateran. cit. et probatur Marti. q. 7.
dist. Rot. dec. 10. de cons. in antiq. et DD. l. cit.
confirmat c. eccl. s. M. d. ad c. postulasti de
for. comp.

Nec obstat D. Aug. auctoritas in cap. quo iure
8. dist. quo fundamento acriter insistunt adversarij
ad probandum rationem temporalium rerum ecc. earum possessiones
subijci legibus secularibus et principum potestati
et in quo deficit etiam Rus. cons. molin. loc.
cit. qui ne Gallicis contradicendi lederet ut veri-

simile est, bona stabilia Ecc.æ Imperialibus legibus subiecta esse non negavit, licet negaverit de decimis.

Verum hæc difficultas videtur diluta ex interpretatione sententiæ B. Aug.ni nam eo loco S. Aug.us respondet bona ipsis hereticis, quorum Ecc.æ bona fecerant ab imperatore privatis. Illi vero negabant hoc facere potuisse Imp.em quia nihil com.e Ecc.æ et Imp.i.

Quæ sane recte dicta fuissent ab Ecc.a Catholicorum sed quia agebatur cum hereticis, quorum nulla est Ecc.a c. 1. 23 q. 7. et c. 24. q. 1. Leo 1. Epist. 6. Ideo eos tanquam laicos tractans, respondet S. Aug.s hoc potuisse Imperatorem, quia rerum dominia sunt Iuris humani, et consequenter Iure Imperatorum auferri possunt, et suadetur etiam hæc interpretatio ex c. 1. 23. q. 7.

quo loco post S. Aug.s de casis reagens addit aliam causam cur Jure fuerint Bonis spoliati Dona-tistae lege imperatoris: videlicet quia iniuste possidebant nomine Eccl.ae cum eccl.ae solum cath.ae bona debeantur.

Quod si haec responsio non satisfacit, et omnino generaliter accipienda S. Aug.i verba contenditur est attamen ea Eccl.ae regula c. de libellis 20 dist. res eccl.s primum per decreta Sum. Pontif. et Concil. iudicari; deinde si per haec definire decreta non possumus, utimur dictis SS. Patrum; cum ergo tot Sum. Pontif. et Concil. autes habea-mus, non debemus ex commentariis aliorum iudi-care, et canones relinquere c. de libellis, et ibi gloss. et DD.

Et hoc tanto magis dicendum est in casu nostro:

quoniam Symmachi decreta fuat ex numeratis
in d. c. de libellis, quibus in omnib. Eccl.iis iudi-
cijs uti consueuit Rom.a Eccl.a ut supra dixi-
mus ut affirmari etiam possit ab Eccl.a Rom.a
receptam esse sententiam illam, quod res Eccl.
iure diuino sint à potestate laicorum liberae
et immunes iuxta d. c. bene quidem Symmachi.
Praeterea animaduertendum est pro decis.e quaestionis
de qua agitur, quod haec libertas principaliter or-
dinis est, seu Collegij Eccl.ci ut dicit c. dili-
gentia de fo: comp: de priuileg. 6.to; quam
propterea diximus esse conditionem ordinis Eccl.ci
qui sane ordo distinctam, et separatam remp.
constituit, à rep.ca Laicorum ex ordinatione pari-
ter diuina, ut probatur ex c. cum ad verum.
c. duo sunt 96. dist. ubi Innocent. q. 1. c. duo

sunt gl. dixit. 12. q. 1. Bal. ad auth. statuimus
C. de episc. et cler. Alex. cons. 8. nro 2. lib. 1. Rip.
in Moling. p. 550. Mola de succ. testam. c. 63.
Et licet regis et populus liber regis sui alterius
populi extraneus censeatur l. non dubito ff. de
capt. et postlim. reu. tamen potest, et amici-
tia, et foedere coniunctus esse; et federe non
aequo sed ita ut alter tenetur alterius maiestatem
conservare; quo casu superior hic est dicitur non
dubito ea ratione ordo eccl.cus licet sit liber
non tamen extraneus est laicis, sed quasi in
aequo foedere, et obligat. jure diu.º inducto
coniunctus in ea enim civitate uiuit, quam
obrem de Universitate merito dicuntur clerici
in fauoribus, ut recte probat Old. cons. 32.
Aniar. cons. 340, 341. Abb. ad c. 1. de ui.

Et. Ron. cler. no. 1. Abb. ad c. ecc. S. M. de consti. 7.
felin. n.° 6. Deci: n.° 11 et 9.
Atque quoniam ordo eccl.cus ut dixi superior, et dignior
est, illi debetur a laicis honor, obsequium, et reve
rentia c. bene quidem c. ad uenerabilem. q. 6.
dist. c. sacerdotis 11. q. 1. c. ecc. S. M. de const.
c. solitæ de maior. et obed. et alij plures
Ancar. ad c. 1. de const. n.° 169.
Ex quo sequitur ut clerici debeant participium bonorum
temporalium, et liberum commercium potiori jure
quam alijs ciuibus laicis. c. ult. de Imm. Eccl.
in 6. et probat Ancar. cons. 155 n.° 6 et 7. quem
sequitur Abb. ad c. ecc. S. M. de constit. n.° 31.
Cum enim hæc liceant ecclesiis tum diuina ordi
natione, quam humano jure c. expedit 12. q. 1.
vbi Turrec. q. 1. l. 1. C. de sacr. Sanc. eccl. non

potest à laicis hoc Jus illi impediri, ob defectum potestatis, neque ullo modo impediri debet, et hoc est quod dixi, libertatem Ecc.ae offendere qui impedit Ecc.am id facere, quod illis licet iure cōmuni, et privilegio supra allegat. y 2 et l. super cit. vel quod Ecc.ae libet dummodo Jure div.o aut Canonico non prohibeatur Barb. sup. cit.

Et id circo possunt principes commercium exteris ex causa vetare licet in eos non habeant potestatem l. un. C. non lic. habito meth. loc. ubi ijet docent D.D. ad § Deni l. filius fam. de leg. i. quia nullius Jus ijs debent participium bonorum, neq. obsequium ex sup. cit.

Et tertio hinc factum est, ut licet Ecc.a libera sit à potestate laicorum utatur, tamen in

temporalibus cum legibus d. c. cum ad uerendum g. 6. dist. c. 1. et seq. 10 distinct.

Sed tamen ita utitur dictis legibus Ecclesia ut non obligent Ecclesiam nisi quatenus equitati et iustitiae congrua legitimitant c. super specula de privil. seu quatenus iuri divino aut sacris Canonibus non adversantur c. 1. 10 distinct. c. 9. de oper. no. nunciat. Non autem obnim potestatis legislatoris, quae nulla est, sub ordine liberum parte ut loquuntur theologi quoad vim directivam S. Thom. 12. q. 96. ar. 5. qua propter Sacr. Canones dicere solent Ecclesiam non dedignari legum secularium famulatum c. super specul. cit. et gl. ad c. Ecc. S. M. de const. Ecclesiasticas legibus ligare nolunt, quatenus à Papa approbatae sunt, seu uirtute appro-

bationis, quae inducta censetur ubi leges sacris canonibus non sunt contrariae c. i. caus. de capitulis io dist. aut ubi Eccl.iis faveant. Host. Jo. Andr. Ecc. ad c. Ecc.a S. M. de constit. n. 32.

Quamobrem cum leges expresse de Eccl.iis personis aut rebus percipiendo loquuntur, non solent ab Ecc.a servari, neque recipi, etiamsi favorem ~~confer~~ contineant sed tanquam absque potestate prolatae, et cum laesione dignitatis et libertatis Ordinis, nullae declarantur, et illicitae, ut factum legimus d. c. bene quidem q. 6. dist. et probant DD. in d. c. Ecc.a S. M. ita fieri debere, ne credo generetur. Abb. n. 15.

Quae autem generaliter concessae sunt, dispositionem iudiciale continent, dici vulgo solent à DD. non comprehendere Ecc.cos ob dictam potestatis

defectu Jo. Monac. ad c. et animas de const. in 6. Abb. de statu reg. ad 1. 2 eod. cõi sentẽa

D. c. Ecc.a S. M. de const. Bellam. n.o 11 Dec. n.o 73.

Imo potest Ecc.a compellere laicos ad declarand. quod non intendunt Ecc.s comprehendere Jo. And. ad c. ultim. de Imm. Ecc. in 6. Butriu. ad c. quod clerici de for. comp. n.o 10. Ancar. de ultim. de regul. Jur. in 6. n.o 9 Felin. ad c. Ecc. S. M. d.o n.o 107. Card. consil. 144. n.o 2 Corn. consil. 64. n.o 1. et 5. lib. 3.

Et satis est hoc casu, quod defacto, et ex opinione imperitorum possint ledere Ancar. loc. cit.

Verum tamen est, quod Ecc.a ut principes seculi per suam potestatem disciplinam Ecc.ae muniant, ut eo ipso celeste regnum per terrenum proficiat c. 1. 2.

23. q. 5. non semel in adiutorium protestatis suæ leges provocavit Ecclesia in causis spiritualibus c. in adiutorium, et seq. 10. dist. c. 1. c. 9. 97 dist. ubi glos. et DD.
Ex quo factum est ut multæ de rebus Ecclesiasticis reservanis Constitutiones quas Principes Imperatores ac Pontifices invitati sanxerunt, ut indicare docimus Justinian in suis novellis et ostendit d. c. 797. distinct. et capitularia Caroli, et Ludovici et Constit. Frider de stat. con. libertatem Ecclesiæ quas Honorius approbavit, et aliæ aliorum.
Denique ut rem absolvamus ex his, quæ de liber-tate Ecclesiæ hactenus diximus constat non debere neque posse laicos obstare potestati Ecclesiasticæ præiudicare suis constitutionibus aut decretis, ullo modo ut luculenter declarat d. c. ep. bene
quod?

quibus q. 6. dixi.

Et consequenter neq. directe, neq. indirecte neq. ex intentione, neq. praeter intentionem c. quanto de privil: libr 6. In specie nra loquitur c. statutum de haer. Ancar ad c. 1. de constit. n.o 109. DD. ad c. ecc. S. M. d. Abb. n.o 31. felin n.o 104 versus Ancar. consil. 155. Gaspar de Calder. consil. 12 inter consil Ancar. et Collegium Bononiens cons. 13. inter dicta cons. Ancar. Socin. cons. 56 n.o 3. lib. 1. Corn. cons. 64 n.o 1 et 5. Vol 3. Gasp cit. Lupus de lib. ecc. q. 4 n.o 10 Petr. Iacob loc. cit. n.o 77.

Et hoc manifesta ratione, quoniam perinde est directe, atq. indirecte ledere, quando quis ledi- tur contra privilegium, cui absq. qui tenetur

iuvenes, et illaesum praestare. quamobrem sic c-
quando de privilegiis dixi cit. Episcopi qui
Monachos ob privilegium non poterant excom.re
excommunicando laicos, qui monachis commu-
nicabant, monachos visi sunt excom.re
et in iure civili decidit, heredes, qui
debitorem non potest convenire, quia ille lo-
cationem legatam debet, ut fideicommissarium
conveniat, debitorem convenire videri l. si quis
deud. § i ff de liber. legat.
Et dans sit cavillandi non est, quoties id, quod
prohibitum est, necesse sequitur ex eo, quod directe
statuitur, non minus vetitum censetur quod
sequitur, quam id, ex quo sequitur c. i. 44. dist.
c. penale 14. q. 5. c. consequenter de consecr.
Bellarm. ad c. hoc quippe 3 q. 6. Dinadrez videlicet

des reg. jur.

Similiter aperte apparet etiam contra libertatem

Ecc.ae committi si Ecc.a praejudicam in quaerendis

queriam impediatur usus facultatis sibi iure div.o

et hum.o concessae, ut supra diximus, et impe-

ditur absque potestate ab ijs, qui obsequium debent

et participent et commercium bonorum, quidquid

nonnulli scribant, quos infra respondetis

c. ult. de Imm. Ecc. in 6. Avar. Abb. et c. sup

cit.

Et ridiculum est exemplum, quo Barb. loc. sup cit.

in § arg.o pro potestate utitur ad probandum

Laicos in quaerendis posse praejudicare Ecc.ae nem

pe exemplum praelatorum, qui Ecc. isto modo

praejudicare possunt sed. cap. g. nam praelatus

praejudicat non acquirendo et omittendo lu-

cred. quod nihil habet comune cum positiva
dispositione nec eccl.a posset acquirere, et ideo appa
ret quanti facienda sit hec DD. nonnullorum in-
consulta sententia, cuius videtur Auctor Bal. loc
cit., et ad rubr. de constit. no. 10, qui hoc asserit
sed non probat et ex eo ceteri mouentur ut
plerumque solent nostri DD. absque ratione.
Quicum ita sint facile videtur discerni posse, quam
sit contra libertatem eccl.ae statutum de quo agitur
sed ut ex propriis rebus appareat manifestius
primo rationibus agemus 2.o sacris canonibus
et aliis Summ. Pontif. et secularium principum
constitutionibus 3. Doctorum auct.e, et ideo animad
vertendum est duas habere partes propositum
statutum, primo enim vetat alienari in eccl.
vel pia loca 2.o que ex successione deferuntur extra

manum suam ponere iubet.

Quod attinet ad 2.am partem Consilii 1.o oneratur aperte libertatem Ecc.ae primo quia saltem indirecte praeiudicat Ecc.ae quod non negant DD. qui scribunt pro statuto generaliter in non subditum ne bante, dum volunt Ecc.as comprehendere, quod indirecte laedi posse contendunt Bald. cons. ii inter cons. Ricar. n.o 4. 5. Jas. Cald. et caeteri cit. supra in 4.o arg. Barb. ad rubricam de reb. Ecc. alien. n.o 176.

Si enim loquimur de statuto expresse loquente de Ecc.is fatentur contra libertatem Ecc.ae esse Sym. cons. 1 Alber. 2 p. de st. q. 2. d. Barb. loc. cit. n.o 171. 174 et seqq.

Verum ut supra probavimus satis est quod indirecte laedatur Ecc.ia, ut libertas con-

1888

ostendas, l. quanto de priu. ubi gloss. Abbas

Abb. 2. supp. cit.

Neque hic locum habet, quod ex l. Proculus ff de

dam. infec. adducitur, licere cuiq. ad comodum

suum facere quod alteri in consequentiam noceat, quoniam

inter Laicos, et Eccl.am intercedit obligatio

ut diximus.

Ex qua laici debent obsequium Eccl.iis et liberum

contrarium ut supra ostendimus et ideo non est

locus d. l. Proculus sicut non obtinet quando

quis debeat servitutem, quam in consequentiam

ledet l. altius C. de servit. et aq. Barth.

ad l. fluminum § ult. ff de damn. inf.

Nam hoc casu facio in meo de alieno, sed d. l.

procedit quando facio de meo in meo Bald. ad

l. cum Ecc.ae subterranea ... nu. 7.

Deinde hoc statutum est contra libertatem Ecclesiasticam, quia nulla habent potestatem laici statuendi neque de rebus Ecclesiae c. bene quidem 96. dist. et alibi. Rursus quia deterioris conditionis reddit ordinem liberum, et superiorem, quam laicos subiectos, et ita damnosum efficit libertatis privilegium contra l. [illegible] favore C. de legi. Card. cons. 144 n.° 5. Rev. D. Jacob. loc. cit. n. 14. ubi etiam notat non posse deterioris conditionis esse Ecclesiasticos quam Regulares. Addit quod isto modo adiungunt Ecclesiis onera subire laicorum contra privilegium Iuris divini, cui nec ipsi Ecclesiastici possunt renunciare Card. loc. cit. Si vero loquimur de 2.a parte statuti quae relicta, vel donata distrahere iubet, multo magis libertati Ecclesiae adversatur, quoniam disponit de rebus acquisitis Ecclesiae cui ipso iure dominium

acquirit l. ult. C. de Sacr. S. Ecc. et tamen

manifestiss. Juris est non licere laicis absq.

offensa libertatis Ecc.e de Bonis Ecc.e acquisi-

tis disponere c. bene quidem l. quo in Ecc.m

l. Ecc.a S. M. de const. & cit., et fatentur

qui volunt inquirendis posse iudicari posse

Ecc.e de quib. supra.

Deinde magnopere Justitiae et Xpianae pietati ad-

versantur hec statuta, quoniam cum multis mo-

dis acquirere possit Ecc.a de quib. Petr. Jacob.

supp. cit. in pract. tit. de acq. ab Ecc.a no 14

peculiari privilegio munitis donatio, et multo

magis piae voluntatis in eo, iudicium, quae

oblationis sunt: et ideo sacrilegium esse dicitur

collata pro remedio peccatorum venerabili

Ecc.a subtrahere, aut vexare, aut non tra

dere c. quicunq. c. praedia et seq. 17 q. 2. cap. qui oblationes 13 q. 12. c. clerici. c. sacrilegium 17 q. 4. c. conquesti de for. comp. c. indicasti de rer. perm. et constat etiam ex plerisque privilegijs testamentis et donationibus ad pias causas attributis, de quibus Tiraquel in tract. de privileg. piae cau. à princ. i. ad 101.

Et in concil. Vasens tanquam infideles censentur qui retardant oblationes defunctorum c. qui oblationes. cit.

Audiat quod deterreantur fideles ab hoc egregio pietatis opere, quod tanto opere commendatur et suadetur à Sanctis Patribus, ut videre est apud Molin. de pijs testam. c. 4 usq. ad 8.

Unde ab Imp.re Justiniano describendum est, in donationibus quae fiunt eccl. ijs optimam esse mentem

immensitatem auth. de non alien. reb. Ecc. § si minus

Nec dicas non necessarij hos constitutes oblationes

fidelium, et pias voluntates morientium, quoniam

vendi bona permittitur et pretium retineri pro

usu Eccl. quod in aliquod honestum lucrum posset

collocari · c. ex questione de donat. inter vir et uxor.

Namque quis non videt plurimum multum distare pecu-

niam, et res immobiles, ... pecunia ex ijs ...

qui servandum ... non possunt, ut multi

pretant ... ad l. i. § fuit quesitum ff ad Trabell.

fisye ... non sit cur enim tanta diligentia

conservari res stabiles Civitatum, et pupillorum leges

voluissent, et sac. canones res Eccl. si non mi-

nus utilis esset pecunia. Procurare certe Justian.

l. ultim. C. de administ. tut. pecuniam et

rerum pretia multo inutiliora censet, quod

rei ipsius, quod foenerandi usus nix diuturnus nix continuus, et stabilis sit, et intercidat saepe plenius, et ea re patrimonia ad nihilum deducantur.

Sed quid vagamur hoc aperte declarat c. videntes 12. q. 1. ut cavillari non possit.

Accedat quod affectio quae est in res stabiles esse non cadit in eam pretium l. nummis ff. de in lit. iur. Bero in c. consensus de reb. eccl. alien. quo fit ut qui erat patrimonium eccl. relicturus quod possetur in Christi patrimonio futurum videbat cernens se hac spe destitutum non relinqueret.

Sed haec ad ministrorum statum pertinent, quorum sane summa est cum sit conservandae pietatis in deum, et eccl. ad cerni unde omnium mater c. qui abstulerit 17. q. 2 veniendum etiam si de statutis justitiae plenius agentibus

tamen non satis est in statuendo iusta causa
sed requirit etiam potestas c. benequid. subjicit
et ideo nihilominus leges libertas ex suffrad.
et Dec. ad c. que in Ecc. de constit. no. 9.
Quamobrem merito sacris Can. et Sum Pontif.
constitutionibus damnant hec statuta ut mox
videbimus
Et sic contra ea adducis c. videntes mox cit.
in quo iusta de causa inetasse Ecc. asseritur
more vendendi Bona stabilia, vel ea retinendi
voluisse, et ideo decernit si quis ex liberis
bad modernis quam futuris temporibus, qui hec
aufferre nitat. damnationis feriat.
Quo sane prohibitio ad 2.am partem statuti pertinet, que Bona stabilia retinere vetat Ecc.
de Bened. ad c. Raimundus § et uxor Dec. 2 no. 9.

2.º contra 2.ᵈ partem d. statuti asseritur decer-
nit Alex. 4. in c. 1 de immun. Ecc. in 6.º
ubi asseverans libertatem, et immunitatem Ecc.ᵃ
lędere, et minuere, tanquam inimicis privilegij
Ecclesiarum laicos Galliæ Magistratus, cum molirentur
extra manum ponere Bona, quę acquisiverunt
Eccl.ª aut ut collectas, et tallias solverent, de-
cernit non licere Ecc.ᵃˢ religiosorum ad distrahen-
dum acquisita, vel quę in posterum acquirent
aliquatenus coarctare de qua decretali spe-
cul. de consuet. vers. in fine. Aniny q. [illegible]
3.º contra hoc statutum videtur esse c. ult. eo tit.
de Immun. ecc. in 6.º Bonif. 8. in quo excom-
municantur qui prohibent ne quidquam Ecc.ijs
personis vendatur, aut aliquid ematur ab ipsis, ut
in derogationem Eccl. libertatis hic praesumitur.

Quod jam c. licet contentum vitare multis, tamen fatentur obtinere quando fit mentio in statutis de Ecc.ae personis. Signo. Alber. Angel. cit. Barb. ad rubr. de reb. Ecc. alien. Hess. cit. no. 145. 175 177 et ita etiam docent Card. ad c. suspendimus de sent. excom. q. 6. et cons. 144. n. 5. Abb. ad c. Ecc. S. M. de constit. no. 26. 27. Dec. no. 75 Fel. no. 89.

4°. Praeterea asserunt haec statuta contra Ecc.cam libertatem censuit, et damnavit Bonif. 8. per suam constitutionem extravagantem ad Decanos Ecc.arum Hyspanarum Maguntin Dioecesis, in qua confirmavit Caroli 4. Imp.ris Leges editas adversus violatores libertatis Ecc.ae ubi dixit quod inter ceteras illa violatio per statuta fiebat, quod nulla bona temporalia in potestatem Ecc.ae transferri

volebant.

